



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCII.

**Parisiis, 1644**

VIII. De eo qui post baptismum militauerit, vt ad diaconatum non  
promoueat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO  
 CHRISTI  
 400.

VI.

Item neque puella Dei aut familiaritatem ha-  
 beat cum confessore, aut cum quolibet laico, sibi  
 sanguinis alieni: aut conuiuium sola adeat, nisi vbi  
 sit seniorum frequentia, aut honestorum, aut vi-  
 duarum honestarumque; vbi honeste confessor  
 quilibet, cum plurimorum testimonio, conuiuium in-  
 teresse poterit. Cum lectoribus autem in ipso-  
 rum domibus non admittendas penitus, nec vi-  
 dendas; nisi forte consanguinea soror sit, vel v-  
 terina.

VII.

Placuit, vt si quorumcumque clericorum vxores peccauerint ( ne forte licentiam peccandi plus habeant ) accipiant mariti earum hanc potestatem, præter necem, custodiendi ac ligandi in domo sua, ad ieiunia salutaria non mortifera cogentes: ita vt inuicem sibi clerici pauperes auxilium ferant, si seruitia forte non habeant. Cum vxoribus autem ipsis quæ peccauerint, nec cibum sumant; nisi forte ad timorem Dei, acta pœnitentia, reuertantur.

33. q. 2.  
 Placuit, vt  
 si quocum-  
 que. Dec.  
 Iuo. p. 8.  
 cap. 23j.

VIII.

Si quis post baptismum militauerit, & chlamydem sumpserit, aut \* cingulum; etiamsi grauiora non admiserit, si ad clerum admissus fuit, diaconii non accipiat dignitatem.

Dist. 51. Si  
 quis post  
 baptim.

\* cingu-  
 lum ad  
 necan-  
 dos fide-  
 les, etiã

IX.

Nulla professa, vel vidua, absente episcopo vel presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore, vel seruo suo faciat: lucernarium vero, nisi

Concil. Tom. 3.

Cccc ij